

# OBITUM

LUCTUOSUM QUIDEM, SED ET BEATUM

VIRI

NOBILISSIMI, AMPLISSIMI ET PRÆ-  
CLARISSIMI

DOMINI

M. JOHANNIS  
GEORGII  
SPISSII,

Rectoris Scholæ Cniphovianæ Cathedralis per quindecim annos  
meritissimi,

*PRÆCEPTORIS sui ut fidelissimi,  
ita desideratissimi,*

post morbos gravissimos

**DIE CONCORDIÆ**

piè vitâ defuncti,

*IPSO EXEQUIARUM DIE,*

tertiô Calendarum Martiarum

*Annô M DCC XVI.*

officiosè prosequi

voluerunt

*gratum animum testaturi*

**PRIMÆ CLASSIS**

ejusdem Scholæ

**DISCIPULLI**

---

REGIOMONTI, Typis REUSNERIANIS.



**P**Langite, Pierides, tristes renovate querelas,  
Cædite lugubri pectora vestra manu.  
Occidit heu! Rector, multos qui Nestoris annos  
Doctrinâ præstans vivere dignus erat.  
O diros morbos! ô inexorabile fatum!  
Vos tantum nobis eripuisse virum!

Johannes Schmidt,  
Regiomonto-Boruffus.

**Q**uem penes heu! nostri decus imperiumque lycei  
Ante fuit, mors hunc imperiosa rapit.  
Cujus & ingenuas ludum resonare docebat  
Vox artes, hujus lingua ligata filet.  
At nos nil altum prohibet proferre dolorem:  
Quin nos in tantâ est morte filere nefas.

Carolus Wilhelmus Kahl,  
Regiomonto - Boruffus.

**R**ancia quem tenerum natum produxit Eoa,  
Non potuit patriô cara tenere sinu.  
Hinc petiit terras alienô Sole calentes,  
Conquirens artes ingenique bona.  
Maturus tandem percepit Prussia fructus:  
Ossa igitur merita fessa recondit humo.

Johannes Godofredus Dorn,  
Schiffenb. Pruffus.

Per-

**P**erpetuis etiam consumitur usibus hasta,  
Atque acies ferri debilitata perit.  
Duraque non possunt semper durare metalla,  
Nam longæva simul deterit illa dies.  
Sic tua membra etiam multô confecta labore,  
Viribus exhaustis, RECTOR amande, cadunt.

Godofredus Siebrandt,  
Alcitenfis Pruffus.

**S**i Sophiae studium recte meditatio mortis  
Dicetur, Sophiae rite MAGISTER eris.  
Nam tua, mi Rector, meditamina cuncta fuerunt,  
Transactam vitam claudere morte bonâ.

Jacobus Reimann,  
Regiom. Boruff.

**S**i quisquam ingenio comprehendere cuncta capaci  
Proposuit, Rector SPISSIUS ille fuit.  
At nunc, discipuli mœstâ quod voce dolemus,  
Tam magnas dotes funebris urna capit.

Christophorus Gregorovius,  
Angerb. Pruffus.

**Q**uæ tibi pro magnis meritis benefacta reponam?  
Pro docto studio quæ referentur opes?  
Non nostrum est, RECTOR, tibi compensare labores:  
In cœlô Numen præmia digna dedit.

Christianus Theophilus Brockmann,  
Creutzburg. Pruffus.

**N**on tibi natus eras soli, Clarissime RECTOR,  
Namque tuæ mentis fulsit ubique jubar.  
Inde tuam mortem flemus ceu publica damna,  
Quæ, nisi summa manus, nemo levare potest.

Reinholdus Gotthardus Rittich,  
Regiom. Pruffus.

Nu-

**N**uminis ad verum formasti corda timorem  
Nostra, nec ignotis munera ferre Diis  
Passus es, ô Ductor doctæ lumenque cathedræ,  
Ergo DEI veri lumina clara vides.

Johannes Daniel Kehler,  
Regiom. Borussus.

**U**t pretiosa suis terrarum viscera venis  
Perfodiens quærit condita fossor humo:  
Abdita sic noras, Vir præstantissime, nostræ  
Pandere scrutando semina mentis opum.

Godofredus Franck,  
Labiavenfis Prussus.

**L**rabunda vagæ quisquis vestigia pubis  
Dirigit, hunc semper grande fatigat onus.  
Tete fatigatum non mollis pondere vitæ,  
Denique, Dux noster, suscipit alma quies.

Wilhelmus Cramerus,  
Schiffenburg. Prussus.

**S**pes fallaces mortalium! ô irrita vota!  
Ergo speratum durat in orbe nihil.  
A quò sperabam cœcæ moderamina vitæ,  
Ille mihi properâ morte peremptus obit.

Christianus Theophilus Ziesemer,  
Ruffensis.

**S**candere qui gradibus fuerat consuetus honores,  
Dum fieret nostræ Duxque caputque Scholæ,  
Candida sub pedibus miratur limina cœli,  
Queis locus haud ullus celsior esse potest.

Christophorus Daniel Franck,  
Labiavenfis Prussus.

**D**um studium semper docuisse fideliter artes,  
Atque ea cura tibi, Vir celebrande, fuit:  
Te superat morbus causis contractus honestis,  
Sic fidus Domino stasque cadisque tuo.

Alexander Bulbeck,  
Alexensis Prussus.

Non

**N**on, velut ignavus servus defossa talenta,  
Condideras animi, clare MAGISTER, opes.  
Absque sed invidia multum lucratus es illis:  
Ergo tui Domini gaudia lætus adis.

Bernhardus Evert,  
Regiom. Borussus.

**S**edula qualis apis volitans per florea rura  
Congerit in cellas mellea dona suas:  
Talis & in variis auctoribus omnia lustrans  
In ludum RECTOR contulit arte suum.

Godofredus Pechül,  
Regiom. Boruff.

**N**unquam pugna tibi, nunquam certamina dèerant,  
Dum juvenum vitiis aspera bella moves.  
Verum hæc discipulis procurant prælia pacem,  
Et tibi DOCTORI est palma reposta poli.

Johannes Christophorus Landt,  
Mottenhagensis Prussus.

**M**ulta pati certum est multos & multa docentem,  
Quod rex veridico pacifer ore docet.  
Egregie id, SPISSI, multos expertus es annos:  
Plurima sed passo laurea dia datur.

Georgius Koch,  
Goldappensis Prussus.

**Q**ui tibi in adversis fuerat fiducia rebus,  
Fluctibus in mediis qui tibi sidus erat:  
O Palinure Scholæ, post tanta pericula ponti  
Jam tibi confugium, jam tibi portus erit.

Michaël Sigismundus Engel,  
Laukitchkensis Prussus.

B

Vir

**V**ix præclare, quibus cælo te laudibus æquem?  
Carmina sunt meritis cuncta minora tuis.  
Hinc precor, ut summum referat tibi præmia Numen,  
In cælo ut fidei digna brabea feras.

Godofredus Jungius,  
Regiom. Pruffus.

**R**X humili trivio cælum sublime petisti,  
Ex miseroque solo scandis ad astra poli.  
Cumque tui tibi discipuli non amplius adsint,  
Angelicos cœtus, RECTOR amande, vides.

Christophorus Schultz,  
Regiomonte Boruffus.

**U**T Sol crescentes decedens duplicat umbras:  
Sic querimur nostram Sole carere scholam,  
Dum tua RECTORIS conduntur lumina nobis,  
Nec nostris oculis splendor, ut ante, nitet.

Georgius Fridericus Grühneberg,  
Regiom. Boruffus.

**U**T vitam rapiat, rapit haud tamen omnia letum,  
Nec jus in totum te, bone DOCTOR, habet.  
Debetur cælo tua mens & gloria terris,  
Doctrinæque tuæ nos monumenta sumus.

Johannes Fridericus Struv,  
Regiom. Boruffus.

**B**est schola Rectore & conjux viduata Marito:  
Eheu! quam carum defit utrique caput.  
Illa suum fidum DOCTOREM moesta requirit,  
Hæc gemit, ut turtur nocte dieque solet.

Andreas Vykovsky,  
Gudensis Polonus.

Ergo

**R**ego nihil profunt herbæ quotcunque salubres,  
Virtutes medicas exsuperante malo,  
Quod venerande tuas VIR toto corpore vires  
Exhaustit? venit nec, nisi morte, salus?

Fridericus Wilhelmus Hartmann,  
Regiom. Boruffus.

**Q**uæ iterum infelix lux, quam Concordia signat,  
Qua pius ex vivis morte Lutherus abit.  
Hæc eadem lux est, qua, SPISSI, Rector, obisti,  
Ut vera in summo pace fruare polo.

Johannes Christophorus Schœnfeldt,  
Balgenfis Pruffus.

**Q**uæ sua vi morbi langvescere membra videret  
RECTOR, & ad dubiam sæpe vocatus opem,  
Cerneret in fragili grandescere corpore morbos:  
Optima erit, dixit, mors medicina mihi.

Andreas Schumann,  
Regiom. Pruffus.

**M**onstrasti nobis speculum atque ænigmata cœli,  
Quantum mortalis vita docere potest.  
Ipse sed ablato, RECTOR, velamine vultus!  
Clara revelati conspicias ora DEI.

Johannes Theodorus Schmaltz,  
Pofznickensis Pruffus.

**A**udia post lacrimas, clarum post nubila Phœbum  
Promittit cunctis pagina sacra piis.  
Ergo tibi, RECTOR, qui nubila multa tulisti,  
Justitiæ Sole est orta serena salus.

Heinricus Reimer,  
Tilsensis Pruffus.

In

**I**N certaminibus qui non abiecerit hastam,  
Promerita tandem laude decorus ovat.  
Legitime certans fidei hastâ, clare **MAGISTER**,  
More triumphantis tempora cincta geris.

**Christophorus Daniel Weber,**  
Regiom. Boruffus.

---

**N**ulla quies terris, cœlum te poscimus omnes,  
Pars animæ nostræ delictumque, **DEUS**.  
Hæc **RECTORIS** erant quam devotissima vota,  
Illis jam fruitur, quodque rogavit, habet.

**Johannes Christophorus Bœnfeld,**  
Landsbergenfis Pruffus.

---

**I**ugemus capitis nostri cecidisse coronam,  
Spissaden luget mœsta dolore domus.  
Tu **DEUS** interea viduam solare relictam,  
Et largire **VIRUM**, qui regat arte **SCHOLAM**.

**Matthias Stobba,**  
Soldaviensis Pruffus.

---

**P**one modum lacrimis elegeia, pone dolori:  
**RECTOR** enim in cœlo gaudia mille capit.  
Non moritur, quicumque fide suscepit **JESUM**,  
Sed vitam Christi morte beatus adit.

**Jacobus Patz,**  
Mülhusensis Pruffus.

---

